Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) II

Nr 1016: akta i listy różnych osób przeważnie w sprawach majątkowych i gospodarczych z lat 1564-1879. Dotyczą głownie ziem litewsko-ruskich przedrozbiorowej Rzeczypospolitej.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

1380

Josephus Comes Garampi Dei, et Aplicae Sedis Gratiâ Archieppus Berytensis, ejus-
demque Sae Sedis Aplicae in Regno Poloniae, et magno Ducatu Littae cum facultatibus Legati
de Latere Nuntius

Dilecto Nobis in Xsto Perillri adm Rndo Dno Vicario in Spiritualibus, et Officiali Luceoriensi Salutem in Dno sempiternam.

Expositum Nobis fuit pro parte adm Rndi Francisci Dziengowski qualiter Ipse obtenta à S. Sede Commissione bina super duplici Irregularitate proveniente ex impedimento Canonico tam Bigamiae, quam defectus lenitatis, directâ utraque Commissione pro Executione ad Vicarium Gnlem Luceoriensem, exhibita demum per Exponentem Executori deputato utraque Commissione, facta fuit executio dispensationis super Irregularitate ex defectu lenitatis duntaxat. Exponens vero credens super utraque Irregularitate se esse dispensatum, bona fide successive se promoveri fecit ad Ordines, etiam SS. majores inclusive Presbyteratum, exindeque metuit de censura suspensionis innodatum, ad Nos proinde recursum habuit, et humiliter supplicari fecit, ut eundem Exponentem à praefata suspensione absolvere de benignitate Aplica dignaremur. Nos hujusmodi supplicationibus benigne inclinati Perillri adm Rndae Dnationi Vrae per praesentes committimus, ut veris existentibus narratis eundem adm Rndum Franciscum Exponentem, ad se accedentem, et humiliter absolvi petentem a praefata suspensione, imposita Ipsi pro modo culpae poenitentiâ salutari, authoritate qua vigore Legationis Aplicae fungimur absolvat, ita, ut Ordines sacros alias susceptos dummodo nullum aliud Canonicum ei obstet impedimentum, et postquam Executionem dispensationis super Bigamia, alias Ipsi a S. Sede gratiose elargitae obtinuerit, exercere, et in altaris ministerio ministrare possit, et valeat. Non obstantibus. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae Die 9 Febr 1775. Annô.

Josephus Archieps Beryten. N. Aplicus

Comms ad absolv. a suspen.

1

Joannes Cantius Bozydar Podhorodenski V. J. D. Archidiaconus Cath. Lus. Vicarius in Spiritualibus et Officialis Gnlis Luceoriensis Judex ad Tribunal Regni Deputatus ad infrascripta ab Illmo Excellmo et Revmo Dno Josepho Comite Garampi Dei et Aplicae Sedis Gratia Archiepo Bentensi Ejusdemq Sacrae Sedis Aplicae in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithvaniae cum facultatibus Legati de Latere Nuntio specialiter Delegatus Commissarius et Executor.

Universis et singulis quorum interest notum indubitatumq facimus Quia Nos visis retrocontentis Literis Commissionis in Personam Nram directis humili petitione Rndi Francisci Dzierzgowski Presbyteri ad Nos facta inclinati, ad executionem dd. Literarum Commissionis procedendum esse duximus, uti quidem processimus, verificatisq Narratis in Ejusmodi Commissione Illmi et Revmi Dni Nuntij Aplici expressis a Suspensionis censura, imposita ipsi pro modo Culpae salutari paenitentia, d. Rndum Dzierzgowski absolvimus, Ordinesq susceptos exercendi dummodo nullum Canonicum impedimentum eidem obstet, procurataq per prius executione Dispensationis Aplicae super Bigamia, ac in altaris ministerio ministrandi plenam concessimus facultatem Authoritate Aplica Nobis hac in parte subdelegata per praesentes. In quorum fidem etc. Datt. Luceoriae Die 23. Mensis Februarij Anno 1775.

Cantius Bozydar Podhorodenski Vicar in Spp. et Officialis Glis Luceor. ac praemissa Delegatus mp

Michaël Augustynowicz Nrius Aplicus et Consistorij Gnlis Luceorien. Actuarius mpria

Fasc. 19.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.